

ceas, vel gladios; Respondetur quod hujus exercitus Principes, ac duces, sunt demones, quia nemini valent nocere, nisi eis se submittar. Cardinalis Hugo. Diabolus, ait, vulnerare non potest hominem, nisi volentem. Vel portat loricas; in quibus pœna demonum, ac impiorum denotatur; nam lorica comprimit, cruciat, ac gravat corpus, ac ea disrumpitur, Albertus Mag. Habebant loricas, id est pœnas, & tormenta quæ harnata & confirmata sunt: sic quod nulla pœce possunt dissolvi in quo denotatur, quod pœna eorum est indissolubilis.

Hugo. Albertus.

203. Iniqui ununtur in malum.

D. Bernar.

204. Demones invidia pleni, infamia facidi, fitione desipunt.

Richard.

204. Albertus. In vestibus habent descri- ptas pœnas, quas ex vestibus sibi para- runt.

205. Rupertus.

comites haber Sic ait Ezechiel. 19. num. 4. Hæc sunt iniquitas Sodoma sororis superbia, Originens. homil. 9 in Ezechielem. Jactantia gloria, Jodomicum erimen.

Ait Oseas 12. n. 1. Ephraim pascit ventum, & sequitur astum? Si rosceto vento ovis fruatur, à calore æstus videtur immunis, quomodo ergo ait Propheta, quod Ephraim pascens, se comedens ventum, æstum patiarur, cum quis superbia vento repletur in corde. ac ventosa elatione movetur, inde consequens ut luxurie æstu inflammetur, ita luxuria superbia consequentia fit, ac veluti filia à superbia progenita Rupertus ibidem. Ventum namque pasere est superbia, sicut in sturri, sequi vero astum, luxuria corrumpi; quæ peccata vel vitia consequentia sunt, ita cum superbia spiritum exeret, carnem quæ corrumpat spiritus fornicationis.

Ait Apostolus Rom. 1. num. 11. ac ipsimet Romanis. Evanerunt in cogitationibus suis, & obscurationem est inspiciens cor eorum, dicentes enim se esse sapientes. Quid inde secutum est, ipsemet Apostolus explicat. Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, in immunditiam, ut contumeliis afficerent corpora sua. Ecce Romani ut Principes totius orbis inanes, & vacui facti sunt, Evanerunt in suis cogitationibus, seu ut explicat D. August. D. Anselm. Superbierunt in cogitationibus suis; ut se maxime existimarent sapientes super omnes, & qualenam fuit stipendium, ac merces tantæ superbia, immunditia, ac turpitudine luxuriæ, quæ omni contumelia corpora sua affecerunt: Tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, & immunditiam. Interior cordis superbia protumppit in externa flagitiosa inquinamenta, quod eleganter in uno Romano notavit D. Theophil. Antioch. ad Aureol. sic notans, Regnavit Tarquinius, ait, cognomento superbus, is primus in exilium, quosdam Romanos relegavit, pueros corrupit; spadanes fecit quosdam soli incolas, virgines, quas vitia verat, locabat aliis; Quapropter merito vocatus est superbus. Multa fuerunt hujus Regis facinora, & illa maxime expendantur, quæ ad luxuriam pertinent; Ecce invenies eum puerorum corruptorem, masculæ veneris mancipium, puellarum stupratorem, & inde vocatur à Sancto Patre non lascivus, sed superbus; ac si maxime principium latentis affectus superbiae in animo prodeat, & manifestetur in exundante luxuria.

Ezech. 19. Originens. 206. Oseas 12.

206. Sup. etia nascitur luxuria.

Rupertus.

D. August. D. Anselm.

Superbia cor- di propterea dicitur in luxuriam.

Theop.

QUESTIO XXII.

Quare in hoc exercitu equi tam monstruosi apparent cum capitibus leonum, evomentes ex ore ignem, fumum & sulphur.

Ait Text. & capita equorum & ne capita leonum, & ex ore eorum procedit ignis, fumus, & sulphur. His secundum litteram describitur à Joanne exercitus multa crudelitate horribilis, ac terribilis, vario, ac extraordinario genere armorum instructus, & variam mortem, diraque tormenta omnibus minans, ut modo pugnant Barbari, Jarracei.

208. Mirum, & extraordinarium genus.

& in fine mundi pugnabunt sectatores Antichristi cum ipso contra Ecclesiam; Moralem sensum scrutemur.

209. Quis unquam tam horribilia monstra corpus equi cum leonis capite, quis unquam ab equorum ore ignem manantem conspexit; quis equum sulphur evomentem, & fumum inspipientem intuitus est! cum ergo Joannes in hac enigmatica visione hæc asserit, se vidisse magna & alta nobis invenit.

210. Per hujusmodi ego equos falsos Prædicatores, Hæreticorumque magistros, ac Doctores interpretatur D. Bernard. Senensis: De ore istorum, ait, id est doctrina illorum pestifera procedit ignis invidia, fumus, superbia, sulphur luxuria, vel aliter procedit ignis invidia, fumus idolatria, sulphur blasphemia. D. Thomas similiter De ore eorum, id est Prædicatione equorum, scilicet Hæreticorum, qui portant demones ad homines decipiendos procedit, ignis doctrina eorum ostenditur esse inflammatoria, unde dicitur ignea, id est doctrina aios accendens, quia nova placent hominibus: unde accenduntur corda hominum: Item exaccativa, & fumus, id est doctrina fumo-fusa exaccativa, Item infectiva, id est doctrina fetens, & per hoc multos inficiens.

D. Bern. Falsi Prædicatores, ac hæretici omne venenum evomunt. D. Thom.

211. Hæretici quod blanditiis persuadere non possunt, crudelitate intentant.

D. Anselm.

212. Ministri crudeliores Dominis suis.

Vel aliter, juxta D. Anselmum dicens, quod hujusmodi equi sunt hæretici quorum fellores sunt demones, sed quomodo hæc portant capita leonum; nam ut supra vidimus, vers. 7. per locustas denotantur hæretici, quæ ut ibi dicitur ostendunt facies hominum; & facies earum, tanquam facies hominum; Et non mirum, quia hæretici, & si aliquando blanditiis ostendant, tamen multa tormentorum vi alios compellere nituntur in suam doctrinam. D. Anselm. Hic ait, bene ponit faciem leonis postquam dixit eos habere faciem hominis; quia hæretici aliquid humanitatis ostendunt, sed ministri Antichristi, quod docent, hoc etiam cogunt, quibuscunque tormentis consistunt.

Secundum hujusmodi equi habent capita leonum; & capita equorum, ut capita leonum. Valde notandum, quod equites si conferantur cum equis tanquam Dominis, præfules, ac retores censendi sunt, nil leoninum in eis videtur, nec ex ore evomunt ignem & sulphur, quibus inefficiatur tertia pars hominum, ut de hujusmodi equis dicitur hoc versu, & sequenti; equites sunt tanquam retores, ac præfules, qui equos regunt, & gubernant; Equi tanquam ministri, & servi qui dominis suis subduntur, inde major crudelitas ac severitas in eis declaratur, quia frequenter servi, ac ministri, qui Judicium sententias exequuntur, ac dominorum suorum iussa adimplent, ipsimet Judicibus, ac Dominis in majores, ac crudeliores sunt, patrocinatur Joachimus Abbas Licet ergo, ait, fellores equorum satis esse terribiles demonstratur: longe tamen dissimulatur ab equis; qui quidem leonis deservati capribus caudis quoque serpentinis monstruosi effecti: horribile spectaculum se cernentibus præbent. Quod confirmat, quia Praefes Pilatus conabatur eripere Corisum, & miserabatur ei; At ministri non solum occiderunt eum; etiam ut se ostenderent crudeliores graviora illi tormenta, spuis, & colaphis inferabant.

Aliter capita leonum. In his equis optime representantur hypocritæ; nam hic apparent

corpora equorum, capita verò in eis sunt leonum; si considerantur corpora pallida tanquam equorum comedunt paleas, & fœna; At verò capita cum sint leonum, deglutiunt ovem, agnum & arietem. Ecce verè hic effigiantur hypocritæ; nam ex una parte videntur macilentum, pallidi, jejunantes in pane, & aqua cum austera vita; ex alia verò considerati, inveniuntur lascivi, luxuriosi, & crueldes tanquam icones quidam.

Hypocrita jejunus videtur, & canis hæc dicitur.

Tertio, de his equis dicitur. De ore eorum procedebat ignis, & fumus, & sulphur. Per tales equos, graves Auctores, commotiones, ac partialitates interpretantur. D. Bernard. tom. 1. feria 6. post dominicam in quadrag. cap. 3. de talium partialitatum ore procedunt ignis, fumus sulphur; verba nempe ignita, ac scandalosa; diffamatoria cum superbia, ac jactantia fumo, verba que detrectoria, ac fœtida. Sic ait Sanctus Doctor. Egre dicitur ignis, id est, comminationes ignite, & iracunde, seu verba odiosa, & scandalosa ad dissensionem corda inflammantia, sicut enim parva scintilla magnus accenditur ignis; sic unius partialis ignita eloquia ad odium, & dissensionem accendant quandoque unam civitatem, & patriam. Secundò ex ore eorum procedit fumus. Quid enim per fumum, nisi vana jactantia verba fumo superbia plena. Tertio de ore eorum procedit sulphur, hoc est fœtida, & abominabiles infamæ, mendacia, susurrationses, & detrectationes.

214. Partiales hæc sunt verba scandalosa. D. Bern.

Deinde, de equibus ait noster Joannes in præsentem: Habebant loricas igneas hyacinthinas, & sulphureas? Hoc est replebantur libidinoso igne luxuriæ cum ejus turpi fœtore, ac multa superbia quem hyacinthinus color caruleus denotabat; nam per superbiam usque ad caelos se extollebant; sic & in equis notatur; De ore eorum procedit ignis, & fumus, & sulphur. Pro hyacintho ponitur, qui & superbiam significat; ut notat Rupertus in præsentem. Solummodo hyacinthinarum appositionem loricarum commutavit, pro illo colore superbiam significante, ponens fumum, per quod etiam nihilominus superbia significatur; juxta illud Psalmi 36. Inimici vero Domini, mox ut honorificati fuerint, & exaltati, deficientes, quemadmodum fumus deficient. Ecce eadem vitia, quæ in equibus denotantur, ad equos etiam derivantur? & non mirum; nam equites denotant Prælatos, ac Rectores populorum, qui cum legibus tanquam habentis subditos regunt; Equi verò subditos significant, quia suis equitibus diriguntur; non ergo mirum, quod eadem vitia in eis cernantur; majorum enim vitia, forma vivendi minorum; & ad Principum mores, vivendi modum, inferiores componunt. Sic ait citat. Rupertus. Igitur equitibus, de quibus dixerat habentes loricas igneas hyacinthinas, & sulphureas, equis suppres fuisse restat cum dicit, de ore eorum procedit & fumus, & sulphur. Semper enim inferiores majorum vestigia sequuntur. Unde sapienter ait D. Leo in 1. Epistol. decretali. Totius familia domus status, & ordo mutabit, si quod requiritur in corpore, non invenitur in capite.

215.

Rupertus.

Rupertus.

D. Leo.

Ut Propheta Isaias certum redderet Regem Ezechiam de promissa salute, decem lineis retrecedere fecit Solem ad Orientem. Invocavit itaque Isaias Prophetam Dominum, & reduxit nubram per lineas, quibus jam descenderat in horo- 10210

4. Reg. 20. Abulens. logio Acha decem gradibus. 4. Reg. 20. num. 11. Ubi Abulensis quæst. 33. doctè inquit, an retrocedente sole decem lineis versus Orientem retrocederent cum eo reliqui planetæ affirmantem partem sequitur. Debet dici, ait, omnes celos tunc motos fuisse ab O. cidente in Orientem, sicut motus est Sol. Quod ex eo comprobatur, quia in illo magno miraculo, quando ad imperium josue Sol stetit, steterunt simul cum illo cæteri cœli, & modo in consueto cursu, cum Sol ab Oriente pergit in Occidentem, & simul cum eo moventur cæteri cœli, quod cum Sol in suo cursu consistit, consistunt & cæteri cœli, & cum pergit in suo motu, pergit & illi, & cum Sol repedit, repedant & reliquæ planetæ? Sol inter reliquos planetas tenet imperium. Luminare majus, ut præfæcit dicit Genes. 1. num. 16. Solem in potestatem diei. Psalm. 135. num. 8. Cum ergo Sol inter cætera sidera tantquam imperator lucis radiis resulgeat, non mirum quod cum cætera sequantur astra, ut ipso Sole stante, movente aut retrocedente, inferiora sidera stent, retrocedant, & moveantur, sic qui præest, cæteros ad se rapit, ut ad ejus vestigia alii, & pedem moveant, quod ita verum est, ut non solum homines sed etiam insensibilia concitentur ad sua capita imitanda.

Genes. 1. Subditi suorum majorum vestigia sequuntur. Psalm. 135.

217.

1. Reg. 18.

Tot militum valentia in ducis fortitudine consistit.

D. Synes.

Ut David fieret gener Regis, dictum est ei quod Rex non indigebat sponfalibus, sed tantum centum præputia Philistinorum, tunc subdit text. Placuit sermo in oculis David, abiit cum viris, qui sub eo erant, & percussit ex Philistinis ducentos viros. 1. Reg. 18. num. 27. non majorem expectavit manum, sed comitatus una sua cohorte profectus est, & percussit ducentos: expendendum est maximè. Abiit, & percussit ducentos. Cur non dicitur abiit cum suis, & percusserunt? An solus ipse percussit? quando ipse, & socii percusserunt, cur de solo ipso dicitur quod percussit, & adeo facillè, & sine proprio damno? quod tam facillè, & sine damno tam pauci multos percusserant, id ex David robore ac disciplina veniebat. Valde potens est regentis, ac ducis dexteritas, probatæque fortitudinis exemplum, ut & milites talia videntes hoc exemplari moveantur, ut similia monumenta roboris præbeant, & idè tota cæles in inimicis facta non militibus, sed Davidi ascribitur à cujus fortitudine omnes documenta hauserunt, & indè non dicitur percusserunt viri, sed percussit David, eleganter dixit D. Synes. Epist. 110. Illum dicam verum ducem, non qui tantum regit imperio, sed qui propria virtute viam facit, ut milites inter hostium turmas irruant; Vide supra cap. 3. quæst. 7. n. 51. 52. 53. & 54.

Cap. 9. n. 18. Et ab his tribus plagis occisa est tertia pars hominum de igne, fumo & sulphure, quæ procedebant ex ore ipsorum.

Num. 19. Potestas enim equorum in ore eorum est & in caudis eorum; nam caudæ eorum similes serpentibus habentes capita, & in his nocent.

VERSIONES.

- Syrus. 18. Et à tribus plagis, &c. quæ exeunt ex oribus eorum.
Arias. Sulphure exunte ex oribus.
Occumen. Quæ progrediebantur ex ore eorum.
Arabicus. Et mortua est, ab his tribus rebus.
Vatabl. n. 19. Et potestates eorum, in ore ipsorum sunt.
Primasius. Habentes capitâ Draconum.
Strabus. Similes serpentibus habentibus capita.

EXPOSITIO IX.

Tab his tribus plagis. Scilicet igne, fumo, & sulphure, quæ licet per se fumantur semper intelligitur occidi à globis missis cum igne, fumo & sulphure, nam hæc ad explorendos globos concurrunt; & cum propriè una plaga sit, triplicem appellat Evangelista, quia fortè tres sunt plagæ partiales quæ ad unam totalem concurrunt; Occisa est tertia pars hominum. Gagnæus ait, quod ponitur numerus certus pro incerto. Et si de iniquis hominibus intelligatur, spiritualiter interpretatur, qui ad varia vitia excitati, & moti sunt si ve de electis intelligatur (nam postea videtur, quod sermo sit de reprobis) dicatur tunc quod corporaliter occidentur, multo & vario tormentorum genere.

Potestas enim in ore eorum est. Si quidem ex ore eorum procedebat ignis, fumus, & sulphur, à qua triplici plaga interfecta est magna pars reproborum; & cum dicitur. Potestas eorum in ore. Ostenditur quod hi equi non erant similes cæteris equis, quorum vis est in corpore, ait in pedibus, non autem in ore. Cauda eorum similes serpentibus, habentes capita, scilicet serpentina; per has caudas, & capita intelliguntur à multis gladii militares, qui instar caudarum retro extant, & manubria habent capita, vel saltem apud Sarracenos in fine, ac ultima extremitate formas serpentina referunt, vel etiam hæc metaphora, denotatur pedisequi & ministri militum, qui veluti serpentes occultè nocent furtis, rapinis, incendiis nocentiores, & plurimum ipsis ducibus inveniuntur.

Habentes capita, scilicet serpentina in caudis. Cauda cum sit ultima pars animalis denotat finem vitæ, ut benè hic advertit Andreas Casar. In fine enim vitæ diabolus protendit suum serpentinum caput, ut totum suum venenum effundat, ut hominem trahat in æternam damnationem.

Quæst.

QUÆSTIO XXIII.

Quare occisionis instrumentum tot hominum ab ore equorum procedebat?

Dicitur in textu, quod ab his tribus plagis, scilicet igne, fumo, & sulphure, quæ de ore equorum procedebant, à quibus interfecta est tertia pars hominum. Cur ait, quod de ore equorum tales plagæ progrediebantur, cur non potius è manibus proveniebant, nam sulphurei globi è tormentis bellicis è manibus projiciuntur; nam licet multa sint supplicia in inferno; præcipua sunt illa tria ignis, fumus, & sulphur, sub quibus cætera comprehenduntur. Bore cur non ex manibus, sed ex ore eorum illa tria manare dicuntur, quia ex ore ac doctrina hæreticorum, ac falsorum magistrorum, nil aliud sibi comparant auctores, nisi inferni penas. Ansbertus. Ab ore autem equorum, ait, ignis, fumus, & sulphur egrediens, tertiã partem hominum occidit; quia videlicet malorum prædicatio sequacibus suis æterna supplicia preparat; & non inconvenienter perversa prædicatio, tormentum impiorum vocatur, per quam ad illud multitudinem impiorum graditur.

Secundò, ab igne, fumo, & sulphure, quæ procedebant ab ore eorum, dicitur tertia pars occisa. Si inquiras quid hæc significent? facillè invenes, quod per ignem intelligitur cupiditas & avaritia; sicut per fumum superbia, & ambitio, & similiter per sulphur libido fœda accipitur, non ergo aurum, quod ab his tribus tertia pars hominum interficiatur; concupiscentia enim & libido, ac superbia regnorum ac hominum sunt exitium, & pernicies Rupertus. Ab his tribus plagis, ait, id est, propter istas tres plagas occisa est tertia pars hominum de igne, fumo, & sulphure, nempe concupiscentiam, superbiam, libidinemque gentium, sive regnorum, occisa est tertia pars hominum.

Tertio, cur ex ore eorum, non verò ex manibus procedunt ignis, fumus, & sulphur, à quibus tertia pars hominum interimitur? sicut per hujusmodi equos intelliguntur demones; ita etiam per ignem furor & invidia; per fumum cæcitas, & superbia, & per sulphur luxuria; viciosa ergo colloquia, quia ex fluxu oris demonum veniunt, mortem animabus inferunt, & in gehennalem flammam detrudunt. Richard Victor. Quare procedebat ex ore ipsorum, quia corrumpunt bonos mores colloquia prava.

Ait Jacobus in sua Canonica. cap. 3. n. 6. Lingua constituitur in membris nostris, quæ maculat totum corpus, & inflamat rotam navis, & non cessat inflammati à gehenna. Et cum de aliis turpitudinibus loquuntur, ait c. 4. num. 1. Unde bella, & lites in vobis? Nonne hinc, ex concupiscentiis vestris, quæ militant in membris vestris. Dum homo inflammat ad bella, lites, ac controversias, non aliunde acquirit inflammati, nisi à propriis concupiscentiis inhabitantibus hominis membra; ubi autem à venenosa lingua, Sulphure in Apocalypsim. Tom. I.

Cur ex ore eorum, non verò ex manibus procedunt ignis, fumus, & sulphur, à quibus tertia pars hominum interimitur? sicut per hujusmodi equos intelliguntur demones; ita etiam per ignem furor & invidia; per fumum cæcitas, & superbia, & per sulphur luxuria; viciosa ergo colloquia, quia ex fluxu oris demonum veniunt, mortem animabus inferunt, & in gehennalem flammam detrudunt.

Richard Victor. Quare procedebat ex ore ipsorum, quia corrumpunt bonos mores colloquia prava. Ait Jacobus in sua Canonica. cap. 3. n. 6. Lingua constituitur in membris nostris, quæ maculat totum corpus, & inflamat rotam navis, & non cessat inflammati à gehenna. Et cum de aliis turpitudinibus loquuntur, ait c. 4. num. 1. Unde bella, & lites in vobis? Nonne hinc, ex concupiscentiis vestris, quæ militant in membris vestris. Dum homo inflammat ad bella, lites, ac controversias, non aliunde acquirit inflammati, nisi à propriis concupiscentiis inhabitantibus hominis membra; ubi autem à venenosa lingua, Sulphure in Apocalypsim. Tom. I.

prava colloquia procedunt inflammati ostendantur, non à membrorum concupiscentiis, sed à demonum sede, à gehennali incendio; prava enim colloquia inseparabilia sunt à sede demonum, ac illorum: sicut. Gillibert. Abulens. serm. 24. in Cantic. Quod lingua, ait, nequam cordis tuo talem adhibet flammam: Ignem hunc, quem evomis, hauris de gehenna. Inde incipit, & illo rapit. Lingua, inquit, inflammati à gehenna male succendit, quia succendit unice, quia desidiis verba scintillat, & flamma talis de inferis est.

Ait Regius Vates, Psalm. 119 num. 4. Sagitta potentis acuta cum carbonibus desolatoris. Chaldeus legit: Sagitta robusti acuta, sicut fulgura superna, cum carbonibus ardentibus in gehenna inferius. Quæ verba Isidorus Clarus, & Jansenius de lingua dolosa, ac malo ejus eloquio interpretantur, est enim pravum eloquium lingue dolose, instar sagittæ acutæ; cui pro cuspide inferentur carbonès ardentès, qui veniunt de gehenna inferni: sicut in sagitta proprius est locus, & sedes, ubi ponitur acuta ferri cuspis, sic in lingua dolosa, ac pravo ejus eloquio, perversa sedes est, & locus proprius, ubi carbonès infernales sunt & quiescunt. Hæc advoco, id quod dixit noster D. Cyrill. Alexand. in Apologia ad Theodos. quæ habetur in Concil. Ephes. tom. 5. cap. 2. assignans rationem, cur Diabolus usus sit Nestorio hæretico, sic ait: Draco igitur Apostata ille, hoc est, Satanus, virum sacerdotem, incantum, mentisque seduculum natum, & linguam ribulominis ad eum commiserunt, & ad Christi servatoris nostri gloria detrahendum promptissimam turbis, editionis quæ omnes Ecclesias adimplevit. Lingua dolosa inventa non dubitavit Diabolus ejus colloquio totum orbem perdere.

D. Cyrill. linguæ dolosorum orbem perdet.

QUÆSTIO XXIV.

Quare potestas equorum erat simul in ore, ac caudis eorum, in quibus capita serpentina apparebant?

Capita equorum ad instar leonum erant ut exprimitur, vers. 17. & in præsentia dicitur, quod caudæ erant similes serpentibus in quibus incrant capita nempe serpentina. Cur non solum aspectu leonino terrebant, sed etiam caudis. Scilicet habentibus serpentina capita; nam sicut cauda denotat finem, sic caput initium, ac principium; & sunt iniqui, ac perversi homines, qui cum creduntur ad finem malorum inferendorum pervenire, tunc ad initium, ac principium aliorum malorum perpetratorum se accingunt, ut denique redire videantur. Et cum existimas eos à malo, ac persecutione quiescere, tunc denud contra te capite serpentino se erigunt Joachimi. Abbas. Superbi homines aperta tra incipiunt perpetrare mala. & cum putantur ab inferendis malis quiescere, tunc ex inopinato deteriora mala committunt. Ad hunc sensum explicat D. Gregor. Magh. lib. 7. Moral. cap. 1. illud Psalm. 119. 9. In circuitu impij ambulans etenim, ait, Y y circulus

Cur in cauda erant capita.

Iniqui cum videntur cessare à malo, tunc incipiunt. Joachimi.

D. Gregor. Psalm. 119.